UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER EOBANVM || HESSVM.||

Hessus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs CXVII. Laudate Dominum omnes Gentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69301

Visual Library

Hoc eſt uotum primi præcepti, agnoſcere quod Deus ſit noſter Deus, et ei fidere, ac eũ prædicare.

Nomen adorabo Domini ſuper omnia ſanctum,
Et populo coram uota ſoluta feram.
In medio Solymarum urbis mea uota rependam,
Quaq; patent ſanctæ limina celſa domus.

PSALMVS CXVII.

Laudate Dominum omnes Gentes.

ARGVMENTVM.

Prophetia eſt de Regno Chriſti, quod dicit eſſe regnum miſericordię & ueritatis confirmatæ ſuper Eccleſiam & huius regni cultores ac ſubditos Gentes dicit, ac cultum, laudare tam miſericordem Dominum, his abrogat circumciſionem, Legem, cultus Iudaicos, maledictiones Legis &c.

Omnia regna orbis, Chriſto inſula ſeruiet omnis,
Agnoſcent illum cuncta creata Deum.
Gratia, pax, & amor regnum comitabitur illud,
Vera fides, pietas, gloria, uita, ſalus.

Propoſitio.

LAudibus ô Gentes Dominũ celebrate quot uſquã
Cunq; capax magni circulus orbis habet.
Nulla ſit in cunctis adeo tribus abdita rebus,
Quæ non gratifico prædicet ore Deum.

Ratio, Quia dominatur nobis miſericordia & ueritas eius.

Ille etenim larga nos dexteritate reuiſens,
Non ſinit ingrata peſtilitate premi.
Ipſius æternos pietas quia ſumma per annos
Permanet, & finem non habitura fides.